



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta pacis executionis publica, Oder Nürnbergische Friedens-Executions-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, wie und welchergestalt die würckliche Vollziehung des Westphälischen Friedens, sowohl in puncto Exauctorationis Militæ und Evacuationis Locorum, als auch und vornehmlich in dem hochwichtigen puncto Restitutionis ex Capite Amnestiæ & Gravaminum, biß zum völligen Schluß des ...

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover ; Tübingen, 1737

N.I. Resolutio Statuum ad Gall. Legatos, super Speciali Guarantia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51734](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51734)

1650.
Junius.

„mine omnium Statuum subscribir-
ten, und per tria Collegia solches jeso ge-
schlossen worden sey, könte in dem Haupt-
Recess gemeldet, gleichwohl aber auch,
wie in dem Instrumento Pacis besche-
hen sey, eine Clausul annectirt wer-
den, daß der übrigen Churfürsten u. Stän-
de Gesandten frey stehen solle, ob Sie
den Recess gleichfalls unterschreiben
wollten oder nicht: es müßten aber auch
diejenigen, welche solchergestalt subscri-
birten, hernach ihrer Herren Principa-
len Ratificationes mit einbringen.
„So sollten 3) obbeniente des Herrn
Generalissimi Abgeordneter Ihr An-
bringen anhören, und ad referendum
nehmen, gleichwohl auch remonstriren,
daß man ja bereits über Schuldigkeit,
und damit man nur fernerer Anforde-
rung loß gekommen sey, über die 5. Mil-
lionen, noch 200. M. Thlr. außereit
verwilliget habe.

Der Oesterreichische Gesandte stelte
es auf Verwilligung der Kayserlichen
Gesandten: Ob Er subscribiren sollte?
Der Chur-Brandenburgische aber
sagte, daß Er Befehl habe, nicht zu
subscribiren, weil die Tractaten we-
gen Pommern noch nicht zum Ende ge-
langer wären. Die Gräflichen, als
der Nürnbergische Doctor Delhafen, wel-
cher von den Fränkischen Grafen Woll-
macht hatte, so denn der Gräflich-
Nassau-Saarbrückische und Gräflich-
Lippische, begehren, daß auch ein
Gräflicher Gesandter mit unterschreiben
sollte. Weil aber im Fürsten Rath bey
diesem Convent kein Gräflich *Votum*
geführt worden, fiel solches bedenk-
lich, jedoch sollte eine *Clausula salvato-
ria*, de non præjudicando, beygefügt
werden. Nach breiterm Inhalt des sub
N. IV. beygefügten *Protocolli*.

1650.
Junius.

Warum von
den Reichs-
Grafen nie-
mand den
Recess sub-
scribirt.

N. IV.

N. I.

Diß. Norimb. d. 17. Junii
1650.

Der Reichs-Stände Resolution an die Franzosen, wegen der
Special-Guarantie.

Posteaquam Illustrissimi & Excellentissimi Domini, Domini Legati
Plenipotentiarii Regis Christianissimi, nono hujus, se erga S. R. Imperii
Statuum Deputatos declararint, quod omni antehac prætenso pignori re-
nuncient, & id ipsum in Guarantia secundum Instrumenti Pacis Dispo-
sitionem, peracta Exauertoratione Militis & Evacuatione locorum, præstan-
da constituent, ad quam etiam Sacri Romani Imperii Electores, Princi-
pes & Status se paratos & obligatos, solenni in tribus Imperii Collegiis fir-
mato Concluso, jam ante septimum ejusdem resolverant, quod & non mo-
do Sacræ Cæsaræ Majestatis, sed & ambarum Coronarum Dominis Lega-
tis intimatum fuit. Quia vero Sacræ Regiæ Christianissimæ Majestatis Domini
Plenipotentiarii postea sententiam mutare velle visi sunt, dum specialis
Guarantiæ Tractatum ab hoc Imperii Conventu desiderarunt: Ideo hodiern-
na die acceptata, denuo præfata Regis Christianissimi Dominorum Pleni-
potentiariorum Resolutione, super Guarantia & Remissione pignoris Sacri
Romani Imperii Ordinum Legati & Deputati confirmato priori Con-
cluso declarant, quod peracta Exauertoratione Militis & Evacuatione lo-
corum ac reliquorum, quæ in Instrumento Pacis continentur & conven-
ta sunt, sincera & reali Executione, vigore ejusdem Instrumenti Pacis &
Imperii Constitutionum, pro securitate & conservatione Pacis, contra violen-
tas detentiones, invasiones, intra 3. Mensium spatium, Guarantiam præparare,
& contra quoscunque, quatenus opus fuerit, præstare velint. Proinde Re-
gis Christianissimi Excellentissimos Dominos, Dominos Legatos, requi-
runt, ut memores diætæ propriæ Declarationis, ut & interpositionis Statu-
um in puncto Demolitionis Benfeldæ in Primo Termino faciendæ, huic

Et 3.

in

1650.
Junius.

in secundum annum protracto tam diuturno Exauctorationis & Evacuationis Tractatui acceleratum finem imponant, & toties contestatum affectum ac promptitudinem effectu ipso demonstrent, ne Sacrum Romanum Imperium diutius fructu Pacis destituatur; Et cum sæpe nominati Status præter ea, quæ superius obtulerunt, ad ulteriora nec obligati sint, nec obligare se possint, confidunt, Dominos Plenipotentiarios Gallicos hac sua finali Declaratione contentos fore, nec quidquam plus cum dispendio temporis prætersuros esse. Signatum Norimbergæ 23. Junii 1650.

1650.
Junius.

Ex Concluso & Nomine
Imperii Statuum,
Cancellaria Moguntina.

N. II.

*Diſt. Norimbergæ d. 13. Jun.
1650. per Mogunt.*

Formula Ratificationis Statuum Imperii.

Nos N. N. (tit.) Univerſis & ſingulis, quorum intereſt, aut quomodo libet intereſſe poteſt, conſtare volumus: Cùm tractata hæcenus per Cæſareæ & Regiæ Sveciæ Majeſtatum Supremos Exercituum Duces & Generales, ut & aliorum Interſatorum, ac Sacri Romani Imperii Electorum, Principum & Statuum Plenipotentiarios, Legatos & Deputatos, in Libera Imperii Civitate Norimberga, ſuper univerſali & plenaria Pacis Oſnabrugeniſis & Monafterii concluſæ Executione inſtituta, tandem Divina favente Clementia a modo memoratis Generalibus & omnium Interſatorum Plenipotentiariis, Legatis & Deputatis in dicta Urbe die Anni 1650. de omnibus, quæ ad hujusmodi Executionem ſpectabant, conventum & tranſactum, publicusque deſuper Receſſus erectus, & Nomine Cæſareæ Regiæque Sveciæ Majeſtatum a memoratis Exercituum Ducibus; Nomine vero omnium Electorum, Principum & Statuum Imperii a certis ad hoc ſpecialiter Deputatis Plenipotentiariis, manu ſubſcriptione & ſigillorum adpoſitione roboratus ſit; Eaque omnia per dictos Exercituum Duces & Generales, cæterorumque Interſatorum, ut & Electorum, Principum ac Statuum Imperii Plenipotentiarios & Legatos, vigore ejus poteſtatis, quæ in illos, juxta Inſtrumentum Pacis in Articulo Executionis, & per ſpecialia Mandata plenarie collata eſt, ultro citroque conventa tractataque ſint, atque eo ipſo per Noſtram ſuper toto illo Inſtrumento factam Ratihabitionem, ratificata & confirmata intelligi debeant. Tamen Nos peculiari hoc Ratificationis Scripto, de certa & deliberata Noſtra voluntate plenius conſtare omnibus volentes, in omnia & ſingula, quæ in modo dicto Receſſu comprehenduntur, & hinc inde conventa ſunt, tam vi dictæ Deputationis ſpecialis, quam pro jure Nobis una cum cæteris Imperii Statibus competente, Conſenſum & Approbationem Noſtram impertiri voluiſſe. Prout vigore præſentium ea omnia & ſingula, Nomine omnium Imperii Ordinum & Noſtro, omni meliori modo approbamus, ratihabemus & confirmamus, ac ſi de litera ad literam expreſſe hic inſerta eſſent, verbo Principali pro toto Imperio Nobisque ac Succelloribus Noſtris ſpondentes & promittentes; Nos omnes & ſingulos prædicti Receſſus Articulos Paragraphos & Clauſulas firmiter, conſtanter & inviolabiliter ſervaturos, atque executioni mandaturos, nullaque ratione vel per Nos, vel per alios ullo unquam tempore contraventuros, aut, ut per alios contraveniatur, paſſuros, quomodocunque id fieri poſſit, omni dolo & fraude excluſis. In cujus rei Teſtimonium, fidem & robur præſentem